nunquam alienam matremfamilias corruperit, si modo ejus mentis sit, ut occasione data id commissurus sit : tamen oportere eadem hæc crimina assumpto actu intelligi : et ideo fugitivum quoque, et erronem non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi constat.

226. Paulus, lib. 1 Manualium.

Magna [30] negligentia, culpa est : magna [31] culpa, dolus est.

227. *Idem*, lib. 2 Manualium.

Ex illa parte edicti, *Eum* [32], *quem ei heredem esse oportet*, heredis heredibus bonorum possessio non defertur. — § 1. Item in substitutione his verbis, *Quisquis* [33] *mihi heres erit*, proximus heres tantum significatur, imo non tantum proximus heres, sed [34] etiam scriptus.

228. *Idem*, lib. sing. de Cognitionibus.

Municipes [35] intelligendi sunt, et qui in eodem municipio nati sunt.

229. *Idem*, lib. sing. de tacitis Fideicommissis.

Transacta [36] *finitave* intelligere debemus, non solum, quibus controversia fuit, sed etiam, quæ sine controversia sint possessa.

230. *Idem*, lib. sing., ad senatusconsultum Orfitianum.

Ut sunt judicio [37] terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita.

231. *Idem*, lib. sing., ad senatusconsultum Tertyllianum.

Quod dicimus, eum [38], qui nasci speratur, pro superstite esse : tunc verum est, cum de ipsius jure quæritur: aliis autem non prodest, nisi natus.

232. Gaius, lib. 1, de verborum Obligationibus.

Hæc enunciatio, *Quæ sunt pluris aureorum triginta*, simul et quantitatis et æstimationis significativa est.

233. *Idem*, lib. 1, ad legem 12 Tabularum.

Si calvitur et moretur, et frustretur. Inde *et calumniatores* appellati sunt, quia per fraudem, et frustrationem alios vexarent litibus. Inde et cavillatio dicta est. — § 1. Post calendas Januarias die tertio pro salute principis vota suscipiuntur. — § 2. *Telum* [39] vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur : sed tunc omne significatur, quod mittitur manu. Ita sequitur, ut et lapis, et lignum, et ferrum hoc nomine contineatur. Dictumque ab eo, quod in longinquum mittitur, græca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, id est, *ab eo, quod est longe*. Et hanc significationem invenire possumus et in græco nomine : nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant, eoque nomine vulgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur : sed non minus omne significatur quod [cum] mittitur manu, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι, *a jaciendo*. Admonet nos Ξενοφων, id est, *Xenophon* : nam ita scribit, Καὶ τὰ βέλη ὁμόσε ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Id est, *Et tela simul ferebantur, hastæ, sagittæ, fundæ : plurimi item lapides*. [Et id, quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα (id est, *sagitta*) vocatur, apud nos autem communi nomine telum appellatur].

234. *Idem*, lib. 2, ad legem 12 Tabularum.

Quos nos hostes [40] appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum esset. — § 1. *Locuples* est, qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit. — § 2. Verbum *vivere* [41] quidam putant ad cibum pertinere : sed Ofilius ad Atticum ait, his verbis et vestimenta et stramenta contineri : sine his enim vivere neminem posse.

235. *Idem*, lib. 3, ad legem 12 Tabularum.

Ferri proprie dicimus, quæ quis suo corpore bajulat : *portari* ea, quæ quis jumento secum ducit : *agi* ea, quæ animalia sunt. — § 1. *Fabros tignarios* dicimus non eos duntaxat, qui tigna dolarent : sed omnes qui ædificarent.

236. *Idem*, lib. 4, ad legem 12 Tabularum.

Qui *venenum* [42] dicit, adjicere debet, utrum malum, an bonum : nam et medicamenta venena sunt : quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam ejus, cui adhibitum esset, mutat : cum id, quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt : apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur : unde adjectione alterius nominis distinctio fit : admonet nos summus apud eos poetarum Homerus ; nam sic ait,

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. Id est,

Venena multa quidem bona mixta, multa autem mala.

§ 1. *Glandis* [43] appellatione omnis fructus continetur, ut Javolenus ait, exemplo græci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα (id est, *extremitates arborum*) appellantur.

237. *Idem*, lib. 5, ad legem 12 Tabularum.

Duobus negativis verbis quasi permittit lex magis, quam prohibuit : idque etiam Servius animadvertit.

238. *Idem*, lib. 6, ad leg. 12 Tabularum.

Plebs [44] est cæteri cives sine senatoribus. — § 1. *Detestatum* [45] est testatione denunciatum. — § 2. *Pignus* appellatum a pugno : quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur : unde etiam videri potest, verum esse, quod quidam putant, pignus proprie rei mobilis [46] constitui. — § 3. *Noxiæ* appellatione omne delictum [47] continetur.

239. Pomponius, lib. sing. Enchiridii.

Pupillus est, qui cum impubes est, desiit in patris potestate esse aut morte [48], aut emancipatione. — § 1. *Servorum* [49] appellatio ex eo fluxit, quod imperatores [nostri] captivos vendere, ac per hoc servare, nec occidere solent. — § 2. *Incola* est, qui aliqua regione domicilium suum contulit quem Græci πάροικον, (id est, *juxta habitantem*) appellant. Nec tantum hi, qui in oppido morantur, incolæ sunt : sed etiam, qui alicujus oppidi finibus ita agrum [50] habent, ut in eum se, quasi in aliquam sedem, recipiant. — § 3. *Munus* [51] *publicum* est officium privati hominis, ex quo commodum ad singulos, universosque cives, remque eorum imperio magistratus extraordinarium pervenit. — § 4. *Advena* est, quem Græci ἄποικον, id est, *domo profugum, colonum advenientem* appellant. — § 5. *Decuriones* quidam dictos aiunt ex eo, quod initio, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui ducerentur, consilii publici gratia conscribi solita sit. — § 6. *Urbs* ab urbo appellata est : urbare est aratro definire : et Varus ait, urbum appellari curvaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet. — § 7. *Oppidum* ab ope dicitur, quod ejus rei causa mœnia sint constituta. — § 8. *Territorium* est universitas agrorum intra fines cujusque civitatis : quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magistratus ejus loci intra eos fines terrendi, id est, summovendi jus habet. — § 9. Verbum *suum*, ambiguum est, utrum de toto, an de parte significet : et ideo, qui jurat, suum non esse, adjicere debet, neque sibi communem [52] esse.

240. Paulus, ex libris sex, libro primo imperialium Sententiarum in Cognitionibus prolatarum.

Cum quærebatur, an verbum : *Soluto* [53] *matrimonio dotem reddi*, non tantum divortium [54], sed et mortem contineret, hoc est, an de hoc quoque casu contrahentes sentiant? et multi putabant hoc sensisse; et quibusdam aliis contra videbatur : secundum hoc motus *imperator* pronunciavit, id actum eo pacto, ut nullo casu remaneret dos apud maritum.

241. Quintus Mucius Scævola, libro singulari Ὅρων.

In rutis [55] *cæsis* ea sunt, quæ terra non tenentur, quæque opere structili, tectoriove non continentur.

242. Javolenus, lib. 2, ex Posterioribus Labeonis.

Malum [56] navis esse partem, *artemonem* autem non esse, Labeo ait : quia pleræque naves sine malo inutiles essent, ideoque pars navis habetur : artemo autem magis adjectamento, quam pars navis est. — § 1. Inter *projectum* et *immissum* hoc interesse, ait Labeo : quod projectum esset id : quod ita proveheretur, ut nusquam requiesceret, qualia mœniana, et suggrunda essent : immissum autem, quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret, veluti tigna, trabes, quæ immitterentur. — § 2. *Plumbum*, quod tegulis [57] poneretur, ædificii esse, ait Labeo : sed id, quod hypæthri tegendi causa poneretur, contra esse. — § 3. *Viduam* non solum eam, quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem, quæ virum non habuisset, appellari ait Labeo : quia vidua sic dicta est, quasi vecors, vesanus, qui sine corde, aut sanitate esset : similiter viduam dictam esse, sine duitate. — § 4. Straturam loci alicujus ex tabulis factis, quæ æstate tollerentur, et hyeme ponerentur, ædium esse, ait Labeo : quoniam perpetui [58] usus paratæ essent : neque ad rem pertinere, quod interim tollerentur.

243. Scævola, lib. 18 Digestorum.

Scævola respondit : Semper acceptum est, ut libertorum appellatione etiam hi contineri intelligantur, qui eodem testamento vel posteriore loco manumitterentur : nisi manifeste is, a quo peterentur, contra defuncti voluntatem doceret peti.

244. Labeo, lib. 4 Pithanon a Paulo epitomatorum.

Si qua pœna est, multa est : si qua multa est, pœna est. Paulus : Utrumque eorum falsum est : namque harum rerum dissimilitudo [59] ex hoc quoque apparet, quod de pœna provocatio non [60] est : simul atque enim victus quis est ejus maleficii, cujus pœna est statuta, statim ea debetur : at multæ provocatio est, nec ante debetur, quam aut non est provocatum, aut provocator victus est; nec aliter, quam si is [61] dixit, cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit : quia pœnæ certæ singulorum [62] peccatorum sunt; multæ contra : quia ejus [63] judicis potestas est, quantam dicat, [nisi cum lege est constitutum, quantam dicat].

245. Pomponius, lib. 10 Epistolarum.

Statuæ affixæ basibus structilibus, aut tabulæ relegatæ catenis, aut erga parietem adfixæ, aut si similiter cohærent lychni non [64] sunt ædium : ornatus enim ædium causa parantur, non quo ædes perficiantur. — § 1. Idem Labeo ait : Prothyrum, quod in ædibus [interim qui] fieri solet, ædium est.

246. *Idem*, lib. 16 Epistolarum.

Apud Labeonem Pithanon ita scriptum est : *Exhibet* [65], qui præstat ejus, de quo agitur præsentiam : nam etiam qui sistit, præstat ejus, de quo agitur, præsentiam : nec tamen [eum] exhibet : et qui mutum aut furiosum, aut infantem exhibet, non potest videri ejus præstare præsentiam : nemo enim ex eo genere præsens satis apte appellari potest. — § 1. *Restituit* [66] non tantum qui solum corpus, sed etiam qui omnem rem conditionemque reddita causa præstet, et tota restitutio juris est interpretatio.

TIT. XVII.

DE [DIVERSIS] REGULIS JURIS ANTIQUI.

1. Paulus, [lib. 16, ad Plautium].

Regula est, quæ rem, quæ est, breviter enarrat. Non ut ex regula jus sumatur, sed ex jure, quod est, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, et (ut ait Sabinus) quasi causæ conjectio est : quæ, simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum.

2. Ulpianus, lib. 1, ad Sabinum.

Fœminæ ab omnibus officiis [1] civilibus, vel publicis remotæ sunt : et ideo nec judices [2] esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare [3], nec pro alio intervenire [4], nec procuratores existere [5]. — § 1. Item impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere.

3. *Idem*, lib. 3, ad Sabinum.

Ejus est non nolle [6], qui potest velle.

4. *Idem*, lib. 6, ad Sabinum.

Velle non [7] creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini.

5. Paulus, lib. 2, ad Sabinum.

In negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum, qui fari possunt, quamvis actum rei non intelligerent : nam furiosus [8] nullum negotium contrahere potest : pupillus [9] omnia, tutore auctore, agere potest.

6. Ulpianus, lib. 7, ad Sabinum.

Non vult heres esse, qui ad alium transferre voluit hereditatem.

7. Pomponius, lib. 3, ad Sabinum.

Jus nostrum non patitur [10] eundem in paganis, et testato [11], et intestato decessisse : earumque rerum naturaliter inter se pugna est [testatus et intestatus].

8. *Idem*, lib. 4, ad Sabinum.

Jura sanguinis [12] nullo jure civili dirimi possunt.

9. Ulpianus, lib. 15, ad Sabinum.

Semper in obscuris, quod minimum [13] est, sequimur.

10. Paulus, lib. 3, ad Sabinum.

Secundum naturam est, commoda [14] cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.

11. Pomponius, lib. 5, ad Sabinum.

Id, quod nostrum est, sine [15] facto nostro ad alium transferri non potest.

12. Paulus, lib. 3, ad Sabinum.

In testamentis plenius [16] voluntates testantium interpretantur.

13. Ulpianus, lib. 19, ad Sabinum.

Non videtur cepisse, qui per exceptionem [17] [a petitione] removetur.

14. Pomponius, lib. 5, ad Sabinum.

In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsenti [18] die debetur.

15. Paulus, lib. 4, ad Sabinum.

[Is], qui actionem [19] habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur [20].

16. Ulpianus, lib. 21, ad Sabinum.

Imaginaria venditio non est pretio accedente.

17. *Idem*, lib. 23, ad Sabinum.

Cum tempus in testamento adjicitur : credendum est pro [21] herede adjectum, nisi alia mens fuerit testatoris : sicuti in stipulationibus promissoris [22] gratia tempus adjicitur.

18. Pomponius, lib. 6, ad Sabinum.

Quæ legata, mortuis nobis, ad heredem nostrum transeunt [23], eorum commodum per nos his [24], quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus : aliter atque quod stipulati sumus, nam et sub conditione stipulantes [25], omnimodo eis adquirimus, etiamsi, liberatis nobis potestate domini, conditio existat.

Paulus.

Si [26] *filiusfamilias sub conditione stipulatus, emancipatus fuerit, deinde exstiterit conditio, patri actio competit : quia in stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.*

19. Ulpianus, lib. 24, ad Sabinum.

Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus [27] conditionis ejus : heredi [28] autem hoc imputari non potest, cum non sponte cum [29] legatariis contrahit. — § 1. Non solet exceptio [30] doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur.

20. Pomponius, lib. 7, ad Sabinum.

Quotiens dubia interpretatio libertatis est, secundum [31] libertatem respondendum erit.

30. L. 213, in fin. supr. eod. ; L. 29, in pr. supr. mandati. — 31. L. 223, supr. h. t. ; L. 1, § 1, supr. si mensor falsum mod. ; L. 32, supr. depositi ; L. 22, § 3, supr. ad SC. Trebell. ; L. 8, § 3, supr. de precario ; L. 1, § 5, supr. de oblig. et act. ; L. 1, § 2, supr. si is, qui testam. liber. : L. 7, supr. ad leg. Corn. de sicar. — 32. L. 1, supr. unde legit. ; L. un. § ult. supr. ut ex legib. — 33. L. 70, supr. h. t. — 34. L. 3, L. 8, § 1, supr. de vulg. et pupill. substit. — 35. L. 1, supr. ad municipal. — 36. L. 1, in fin. supr. ad SC. Tertyll. — 37. d. L. 1, in fin. — 38. L. 7, supr. de statu homin. — 39. § 5, Inst. de publ. judic. ; L. 1, § 17, supr. de SC. Silan. ; L. 11, § 1, supr. ad leg. Jul. de vi publ. ; L. 54, § 2, supr. de furt. — 40. L. 118, supr. h. t. — 41. L. 45, supr. eod. — 42. L. 35, § 2, supr. de contrah. empt. ; L. 3, § 2, supr. ad leg. Corn. de sicar. — 43. L. un. § 1, supr. de glande legend. — 44. § 4, Inst. de jure natur. gent. et civil. ; L. 2, § 24, in fin. supr. de orig. jur. — 45. L. 40, in pr. supr. h. t. — 46. § 7, in fin. Inst. de action. — 47. L. 1, § 1, supr. si quadrupes ; L. 1, L. 2, § 1, supr. ; § 1, Inst. de noxalib. *Vide tamen* L. 200, supr. h. t. — 48. Inst. quib. mod. jus patr. potest. in pr. et § 6. — 49. L. 4, § 2, supr. de statu homin. § 3, Inst. de jur. person. — 50. *Immo vide* L. 35, supr. ad municipal. — 51. L. 14, § 1, supr. de munerib. — 52. Arg. L. 46, supr. de ritu nupt. ; L. 74, supr. de legat. 3 ; *immo vide* L. 96, in fin. supr. h. t. — 53. *Adde* L. 56, supr. soluto matrim. — 54. Arg. L. 1, supr. de divort. — 55. L. 17, § 6, supr. de act. empt. — 56. L. 44, supr. de evict. — 57. L. 18, in fin. supr. de act. empt. ; L. 12, § 19, supr. de instructo.

58. L. 17, § 7 : L. 18, supr. de act. empt. — 59. *Adde* L. 131, § 1, supr. h. t. — 60. L. 2, C. quor. appellat. ; L. 1, § 4, in fin. supr. ad SC. Turpill. — 61. L. 131, in fin. supr. h. t. — 62. d. L. 131, § 1, in pr. — 63. d. L. 131, § 1. — 64. *Immo vide* L. 12, § 23, supr. de instructo. — 65. L. 2, supr. de exhibend. — 66. L. 75, supr. h. t.

Tit. XVII. — 1. L. 1, § 5, supr. de postul. ; L. 12, § 2, supr. de judiciis ; L. 1, § 1, supr ad SC. Vellej. ; L. ult. supr. de tutelis ; L. 3, § 3, supr. de muner. ; L. 18, C. de procurat. ; L. ult. C. de recept. arbitr. — 2. d. L. 12, § 2 ; L. ult. § 14, supr. de munerib. — 3. L. 1, § 5, supr. de postul. — 4. L. 1 et tot tit. D. et C. ad SC. Vellej. — 5. L. 18, L. 21, C. de procur. ; *excip.* L. 41, D. ; L. 4, C. d. t. ; L. 3, § 2, supr. de liberali caus. — 6. L. 17, § 7, supr. de ædil. edict. ; L. 4, L. 13, in pr. supr. de adquir. vel. omitt. hered. ; L. 101, in pr. supr. de condit. et demonstr. ; L. 37, L. 102, § 1, infr. h. t. ; *vide tamen* L. 8, supr. de bon. poss. — 7. *Immo vide* L. 26, § 1, supr. de pignorib. ; L. 12, supr. de sponsalib. ; L. 22, supr. de ritu nupt. — 8. L. 1, § 12, supr. de oblig. et act. ; L. 40, infr. h. t. ; § 8, Inst. de inutil. stipul. — 9. L. 43, supr. de oblig. — 10. *Immo vide* L. 15, in fin. supr. de inoffic. testam. — 11. § 5, vers. neque enim. Inst. de hered. instit. — 12. *Adde* L. 34, supr. de pact. ; L. 8, supr. de capite minut. ; L. 2, in fin. supr. de usufr. ear. rer. ; L. 1, § 2, supr. de legat. præstand. ; § 11, Inst. de jure natur. ; § ult. Inst. de legit. agnat. tut. — 13. L. 34, in fin. ; L. 200, infr. h. t. ; L. 14, in fin. ; L. 39, § 6, supr. de legat. 1 ; L. 43, in fin. supr. de legat. 2 : L. 29, § 1 ; L. 75, supr. de legat. 3 ; L. 83, § 3 ; L. 109, supr. de verb. oblig. ; *adde* L. 56, infr. h. t. ; L. 32, in fin. ; L. 42, supr. de pœn. ; *excip.* L. 57, in pr. supr. de legat. 1 : L. 55, § 2, C. de donat. ; L. 38, § fin. supr. de auro. — 14. L. ult. § 3, C. de furt. ; L. 7, in pr. supr. de peric. et commodo rei vend. ; § 3, Inst. de empt. ; L. 7, in pr. supr. de jure dot. ; *adde* L. 55, in fin. supr. de pro socio ; L. 13, § 1, supr. de adquir. vel amitt. poss. : *excip.* L. 1, § 1, supr. de legit. tut. Inst. de legit. patron. tut. in fin — 15. Tit. C. de reb. alien. non alien. — 16. L. 12, § 2, supr. de usu et habit. ; *immo vide* L. 75, supr. de legat. 3. — 17. L. 115, § 1, infr. h. t. ; L. 7, § 8, supr de dolo mal. — 18. L. 41, § 1, supr. de verb. oblig. — 19. L. 52, supr. de adquir. rer. domin. ; L. 143, supr. de verb. sign. — 20. *Immo vide* L. 204, infr. h. t. — 21. L. 43, § 2, supr. de legat. 2 ; L. 15, in fin. supr. de annuis ; L. 50, supr. de oblig. et act. — 22. L. 41, § 1, in fin. supr. de verb. oblig. — 23. L. 5, in pr. et § 1, § 2, supr. quando dies legat. — 24. d. L. 5, § ult. ; L. 14, § ult. supr. d. t. ; L. 5, C. de condit. insert. — 25. L. 78, supr. de verb. oblig. ; L. 144, in fin. infr. h. t. ; L. 11, § 1, supr. qui potior in pign. — 26. d. L. 78. — 27. L. pen. supr. de SC. Macedon. ; L. 48, supr. de fidejuss. ; *vide tamen* L. 3, supr. de SC. Macedon. — 28. L. 42, infr. h. t. — 29. L. 5, § 2, supr. de oblig. et act. ; § 5, Inst. de oblig. quæ quasi ex contract. ; *adde* L. 25, § 16, supr. famil. ercisc. — 30. L. 34, § 1, in fin. supr. de auro ; L. 15, in fin. supr. de adimend. vel transfer. legat. ; L. 5 in pr. supr. de doli mali et met. except. ; L. 6, C. de hered. act. ; L. 2, C. de jure dot. — 31. L. 179, infr. h. t. ; L. ult. § 1, supr. de vulg. et pupill substit. ; L. 3, in fin. supr. de his, quæ in testam. delent ; L. 24, supr. de manumiss. ; L. 10, in fin. supr. de manumiss. testam.

21. ULPIANUS, lib. 27, ad Sabinum.

Non debet, cui plus[32] licet, quod minus est, non licere.

22. *Idem*, lib. 28, ad Sabinum.

In personam servilem nulla cadit obligatio[33]. — § 1. Generaliter probandum est, ubicunque in bonæ fidei judiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris ejus conditio, pro boni[34] viri arbitrio hoc habendum esse.

23. *Idem*, lib. 29, ad Sabinum.

Contractus quidam[35] dolum malum duntaxat recipiunt: quidam et dolum, et culpam: dolum tantum, depositum[36] et precarium[37]: dolum et culpam, mandatum[38], commodatum[39], venditum[40], pignori[41] acceptum, locatum[42], item dotis[43] datio, tutelæ[44], negotia[45] gesta (in his quidem, et diligentiam[46]) societas[47], et rerum communio[48], et dolum, et culpam recipit: sed hæc ita, nisi[49] si quid nominatim convenit, vel plus, vel minus[50], in singulis contractibus: nam hoc servabitur, quod initio convenit: legem[51] enim contractus dedit: excepto eo, quod Celsus putat, non valere, si convenerit, ne[52] dolus præstetur; hoc enim bonæ fidei judicio contrarium est: et ita utimur. Animalium vero casus[53], mortes[54], quæque sine culpa accidunt, fugæ servorum, qui custodiri non solent, rapinæ[55], tumultus, incendia[56], aquarum[57] magnitudines, impetus prædonum[58] a nullo[59] præstantur.

24. PAULUS, lib. 5, ad Sabinum.

Quatenus cujus intersit, in facto, non in jure consistit.

25. POMPONIUS, lib. 11, ad Sabinum.

Plus[60] cautionis in re[61] est, quam in persona[62].

26. ULPIANUS, lib. 30, ad Sabinum.

Qui potest invitis[63] alienare, multo magis, et ignorantibus et absentibus potest[64].

27. POMPONIUS, lib. 16, ad Sabinum.

Nec[65] ex prætorio, nec ex solemni jure, privatorum conventione quicquam immutandum est: quamvis obligationum causæ pactione[66] possint immutari, et ipso jure, et per pacti conventi exceptionem: quia actionum modus, vel lege, vel per prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur: nisi tunc, cum inchoatur[67] actio, inter eos convenit.

28. ULPIANUS, lib. 36, ad Sabinum.

Divus Pius rescripsit, eos, qui ex liberalitate conveniuntur, in[68] id, quod facere possunt, condemnandos.

29. PAULUS, lib. 8, ad Sabinum.

Quod initio[69] vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere[70].

30. ULPIANUS, lib. 36, ad Sabinum.

Nuptias non concubitus, sed consensus[71] facit.

31. *Idem*, lib. 42, ad Sabinum.

Verum est, neque pacta, neque stipulationes, factum[72] posse tollere: quod enim impossibile[73] est, neque pacto, neque stipulatione, potest comprehendi, ut utilem actionem aut factum efficere possit.

32. *Idem*, lib. 43, ad Sabinum.

Quod attinet ad jus civile[74], servi pro[75] nullis habentur[76]: non tamen et jure naturali[77]: quia, quod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales[78] sunt.

33. POMPONIUS, lib. 22, ad Sabinum.

In eo, quod vel is, qui petit, vel is, a quo petitur, lucri facturus est, durior causa est petitoris[79].

34. ULPIANUS, lib. 45, ad Sabinum.

Semper in stipulationibus, et in cæteris contractibus id sequimur, quod actum[80] est, aut si non pareat, quid actum est, erit consequens, ut id[81] sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo, si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum[82] est, redigenda summa est.

35. *Idem*, lib. 48, ad Sabinum.

Nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissolvere[83], quo colligatum est: ideo verborum obligatio verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur.

36. POMPONIUS, lib. 27, ad Sabinum.

Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti.

37. ULPIANUS, lib. 51, ad Sabinum.

Nemo[84], qui condemnare potest, absolvere non potest[85].

38. POMPONIUS, lib. 29, ad Sabinum.

Sicuti pœna[86] ex delicto defuncti heres teneri non debeat: ita nec lucrum[87] facere, si quid ex ea re ad eum pervenisset.

39. *Idem*, lib. 32, ad Sabinum.

In omnibus causis pro[88] facto accipitur id, in quo per alium moræ fit, quominus fiat.

40. *Idem*, lib. 34, ad Sabinum.

Furiosi[89] vel ejus, cui bonis[90] interdictum sit, nulla[91] voluntas est.

41. ULPIANUS, lib. 26, ad Edictum.

Non[92] debet actori licere, quod reo[93] non permittitur. — § 1. In re obscura melius est favere repetitioni[94], quam adventitio lucro[95].

42. GAIUS, lib. 9, ad Edictum provinciale.

Qui in alterius locum succedunt, justam habent causam[96] ignorantiæ, an id quod peteretur, deberetur. Fidejussores[97] quoque non minus, quam heredes, justam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita de herede dicta sunt, si cum eo agetur: non etiam, si agat[98]: nam plane, qui agit, certus esse debet: cum sit[99] in potestate ejus, quando velit, experiri: et ante debet rem diligenter explorare, et tunc ad agendum procedere.

32. *Adde* L. 26, L. 110, in pr.; L. 163, L. 165, infr. h. t; L. 22, § 5, supr. ad leg. Jul. de adult.; L. 2, C. ne fidejuss. dot.; *vide tamen* L. 61, in fin. supr. de judic.; L. 7, § 3, supr. de reb. eor. — 33. L. 14, supr. de oblig. et act.; *adde* L. 107, infr. h. t. — 34. L. 6, L. 76 et seqq. supr. pro socio; L. 7, in pr. supr. de contrah. empt.; L. 24, in pr. supr. locati; L. 3, in fin. C. de dotis promiss. — 35. L. 5, § 2, supr. commodati; L. 108, § 12, supr. de legat. 1. — 36. d. L. 5, § 2; L. 14, § 3, supr. de furt.; L. 1, § 10, in fin. et § ult.; L. 32, supr.; L. 1, C. depositi; L. 3, § 1, supr. naut. caupon. — 37. L. 8, § 3, supr. de precar. — 38. L. 8, § 9, § 10; L. 60, in fin. supr.; L. 11, L. 21, C. mandati. — 39. L. 5, § 2; L. 18, in pr. supr. commodati. — 40. d. L. 5, § 2; L. 35, § 4, supr. de contrah. empt.; L. 14, supr. de furt. — 41. d. L. 5, § 2; L. 13, § 1; L. 14, supr. de pignorat.; L. 9, § 5, supr. de reb. auct. jud.; § ult. Inst. quib. mod. re contrah. — 42. d. L. 5, § 2; L. 1, § 10, supr. depositi; L. 25, § 7; L. 31, in fin. supr. locati; L. 28, C. de locato. — 43. d. L. 5, § 2; L. 17, supr. de jure dot. — 44. L. 7, C. arbitr. tutel. — 45. L. 3, § 9; L. 11, supr.; L. 20, C. de negot. — 46. § 1, Inst. de oblig. quæ quasi ex contract. — 47. L. 5, § 2, supr. commodati; L. 52, § 2, supr. pro socio; § ult. Inst. de societ. — 48. L. 16, § 4; L. 25, § 16, supr. famil. ercisc.; L. 4, in fin. C. commun. divid. — 49. L. 1, § 6, supr. depositi; L. 35, § 4, supr. de contrah. empt.; L. 1, C. de commodato; L. 6, in fin. C. de pignorat. — 50. *Excip.* L. 6, supr. de pact. dotal. — 51. L. 52, supr. de verb. oblig. — 52. L. 27, § 3, supr. de pact.; L. 17, in pr. supr. commodati; L. 1, § 7, supr. depositi. — 53. L. 18, in pr. supr. commodati; L. 2, in fin.; L. 10, in fin. supr. de peric. et commodo rei vend.; L. 11, § 1, supr. locati; L. 2, § 7, supr. de admin. rer. ad civit.; L. 6, C. de pignorat. — 54. L. 22, supr. de negot. — 55. L. 26, § 6, supr. mandati; L. 2, in fin. supr. de peric. et commodo rei vend.; L. 31, in pr. supr. de act. empt.; L. 50, supr. de admin. et peric. tut. — 56. L. 11, § 1, supr. locati; L. 1, § 4, supr. de oblig. et act. — 57. L. 10, in fin. supr. de peric. et commodo rei vend. — 58. L. 3, § 1, supr. naut. caupon.; L. 18, in pr. supr. commodati; L. 50, supr. de admin. et peric. tut. — 59. *Excip.* L. 5, § 4 et 7, supr. commodati; L. 9, § 2, supr. locati; L. 8, § 3, supr. de precar.; L. 23, supr. de verb. oblig.; L. 1, C. de commodato; L. 6, in fin. C. de pignorat.; § 2, Inst. quib. mod. re. — 60. *Vide tamen* L. 4, § 8, supr. de fideicom. libert. — 61. § 14, Inst. de oblig. quæ ex delict. — 62. *Vide tamen* L. 7, supr. de stipul. prætor. — 63. L. 4, § 3, supr. de fideicom. libert. — 64. *Vide tamen* L. 17, § ult.; L. 18, supr. de recept. qui arbitr.; L. 39, supr. de re judic. — 65. L. 45, in fin. infr. h. t.; L. 7, § 7 et 16; L. 28, in pr.; L. 38, supr.; L. 6, C. de pact.; L. 55, supr. de legat. 1; L. 2, § 8, supr. de admin. rer.; L. 13, C. de testam. — 66. L. 43, supr. de pact.; L. 23, ibi, si quid nominatim convenit. supr. h. t. — 67. L. 7, § 5, supr. de pact. — 68. L. 12, supr. de donat. — 69. L. 201, L. 210, infr. h. t.; L. 41, § 2, supr. de legat. 1; L. 1, supr. de reg. Caton.; L. 83, § 5, supr. de verb. oblig.; L. 19, supr. de appell.; § 1, Inst. quib. non est permiss. facere testam. — 70. *Limita ex* L. 11, supr. de servit. præd. rustic.; L. ult. supr. commun. præd.; L. 27, supr. de ritu nupt.; L. 6, C. de nupt.; L. 24, § 1, supr. de legat. 1; L. 1, § 1, supr. de legat. 3; L. 42, supr. de hered. instit.; L. 20, § 1, supr. de condit. instit.; L. un. § 1, C. de contract. judic.; L. ult. C. si major. factus alienat. — 71. L. 15, in fin. supr. de condit. et demonstr.; L. 8, in pr.; L. 11, in pr. C. de repud.; N. 22, c. 3; *adde* L. 8, C. de incestis. — 72. L. 12, § 2, supr. de captiv.; L. un. in pr. C. de raptu virgin. — 73. L. 182, L. 185, infr. h. t.; L. 31, supr. de evict.; L. 35, in pr. supr. de verb. oblig.; § 11, Inst. de inutil. stipul. — 74. L. 41, supr. de pecul.; L. 20, § 7, supr. qui test. facere; L. 38, § 7, supr. de verb. oblig.; L. 7, supr. ad leg. Cornel. de fals. — 75. L. 1, in pr. supr. de jure deliber. — 76. *Excip.* L. 4, § 3, supr. de edendo; L. 53, supr. de judiciis; L. 38, § 7, supr. de verb. oblig.; L. 7, supr. ad leg. Corn. de fals. — 77. L. 13, in pr. supr. de condict. indeb. — 78. L. 12, in fin. supr. de accusat. Inst. de libertin. in pr. — 79. L. 126, in fin.; L. 128, L. 154, infr. h. t.; L. 15, in fin. C. de rei vind.; *vide tamen* L. 98, infr. h. t. — 80. L. 3, supr. de reb. cred.; L. 6, § 1, supr. de contrah. empt.; L. 41, in pr.; L. 52, in pr. supr. de verb. oblig.; L. 219, supr. de verb. sign.; L. ult. C. quæ res pignori; L. 1, L. 3, L. 4, C. plus valere, quod agitur. — 81. L. 31, § 20, supr. de ædil. edict.; L. 6, supr. de evict.; L. 1, in pr. supr. de usur.; L. 3, in fin. supr. de testib.; L. 1, in fin. supr. de inspic. ventre; L. 21, § 1, in fin. supr. qui testamenta; L. 50, in fin. supr. de legat. 1; L. 18, § 3, in fin. supr. de instructo; L. 37, supr. de legib. — 82. L. 9, supr. h. t. — 83. L. 100, L. 153, infr. eod.; L. 80, supr. de solution.; L. 1, C. quando liceat ab empt. reced.; N. 140, c. 1; § 1 et ult. Inst. quib. mod. toll. oblig.: *vide tamen* L. 8, in pr. C. de repud. — 84. L. 6, in fin. pr. supr. de offic. procons.; L. 3, supr. de re judic. — 85. *Excip.* L. ult. § 1, C. ubi senator. — 86. L. 111, § 1, infr. h. t.; L. 33, supr. de oblig. et act. — 87. L. 5, in pr. supr. de calumniat.; L. 1, in fin.; L. 3, in pr. supr. de vi et vi armat.; L. 26, supr. de dolo malo; L. 3, § 12, supr. de pecul.; L. 14, § 5, in fin.; L. 16, in fin.; L. 19, supr. quod met. caus.; L. 35, supr. de oblig. et act.; L. 2, in fin. supr. vi bon. rapt.; L. 1, in pr. supr. de privat. delict.; L. 2, C. unde vi. — 88. L. 161, infr. h. t.; L. 23, in fin. supr. de condit. instit.; L. 24, supr. de condit. et demonstr. — 89. L. 5, supr. h. t.; L. 2, C. de contrah. empt. — 90. L. 1, supr. de curat. furios. — 91. L. 26, supr. de contrah. empt.; L. 18, supr. qui testam. facere; L. 12, supr. de usurp.; *vide tamen* L. 5, in fin. supr. de adquir. vel omitt. hered.; L. 6, supr. de verb. oblig.; L. 3, supr. de novat. — 92. *Fac.* L. 21, § 11, in fin. supr. de recept. qui arbitr.; L. 20, in fin. supr. de re judic.; L. 13, § 5, § 25, supr. de act. empt.; L. ult. supr. de acceptil.; L. 3, C. de indict. viduit.; N. 117, c. 7, in fin.; L. 5, in pr. supr. de rescind. vend. et supr. tit. quod quisque juris; L. 1, C. de divers. rescript.; L. 7, C. de rescind. vend. — 93. L. 17, L. 25, supr. de procur.; L. 125, infr. h. t. — 94. *Immo vide* L. 11, § 6, supr. de minor. — 95. L. 14, § 1, in fin. supr. de religios.; L. ult. § 5, C. de jure delib. — 96. L. 19, in pr. supr. h. t.; L. 21, § 1, supr. de act. empt.; L. ult. § 1, supr. pro suo; *vide tamen* L. ult. supr. de naut. fœn.; L. 77, supr. de verb. oblig. — 97. L. 8, § 7 et 8; L. 29, in pr. et § 2, supr. mandati. — 98. L. 37, supr. de recept. qui arbitr. — 99. L. 5, in fin. supr. de doli mali et met. except.; L. 6, C. de tempor. in integr. restit.

43. ULPIANUS, lib. 28, ad Edictum.

Nemo ex his, qui negant, se debere, prohibetur etiam alia[100] defensione uti, nisi lex[1] impedit. — § 1. Quotiens concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, una[2] quis experiri debet.

44. *Idem*, lib. 29, ad Edictum.

Totiens in heredem damus de eo, quod[3] ad eum pervenit, quotiens ex dolo defuncti convenitur; non quotiens ex suo[4].

45. *Idem*, lib. 30, ad Edictum.

Neque pignus[5], neque depositum[6], neque precarium[7], neque emptio[8], neque locatio[9] rei suæ[10] consistere potest. — § 1. Privatorum[11] conventio juri publico non derogat.

46. GAIUS, lib. 10, ad Edictum provinciale.

Quod a quoquo pœnæ nomine exactum est, id eidem restituere[12] nemo cogitur.

47. ULPIANUS, lib. 30, ad Edictum.

Consilii[13] non fraudulenti nulla obligatio est: cæterum si dolus[14], et calliditas intercessit, de dolo actio competit. — § 1. Socii mei socius[15], meus socius non est.

48. PAULUS, lib. 35, ad Edictum.

Quidquid[16] [in] calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit, judicium animi fuisse: ideoque brevi reversa uxor, nec divertisse videtur.

49. ULPIANUS, lib. 35, ad Edictum.

Alterius[17] circumventio alii non præbet actionem.

50. PAULUS, lib. 39, ad Edictum.

Culpa caret, qui[18] scit, sed prohibere non potest.

51. GAIUS, lib. 15, ad Edictum provinciale.

Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alii restituere[19].

52. ULPIANUS, lib. 44, ad Edictum.

Non defendere videtur, non tantum, qui latitat[20], sed et is, qui præsens negat[21] se defendere, aut non vult suscipere actionem.

53. PAULUS, lib. 42, ad Edictum.

Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consulto[22] dati donatio est.

54. ULPIANUS, lib. 46, ad Edictum.

Nemo[23] plus juris ad alium transferre potest, quam ipse haberet.

55. GAIUS, lib. 2, de Testamentis, ad Edictum urbicum.

Nullus videtur dolo facere, qui suo[24] jure utitur.

56. *Idem*, lib. 3, de Legatis, ad Edictum urbicum.

Semper in dubiis benigniora[25] præferenda sunt.

57. *Idem*, lib. 18, ad Edictum urbicum.

Bona fides non patitur, ut bis[26] idem exigatur.

58. ULPIANUS, lib. 2 Disputationum.

Ex pœnalibus[27] causis non solet in patrem de peculio actio[28] dari.

59. *Idem*, lib. 3 Disputationum.

Heredem ejusdem[29] potestatis, jurisque esse, cujus fuit defunctus, constat.

60. *Idem*, lib. 10 Disputationum.

Semper qui non[30] prohibet pro se intervenire, mandare creditur. Sed et si quis ratum[31] habuerit, quod gestum est: obstringitur mandati[32] actione.

61. *Idem*, lib. 3 Opinionum.

Domum suam reficere unicuique licet, dum non officiat invito alteri in quo jus non habet.

62. JULIANUS, lib. 6 Digestorum.

Hereditas[33] nihil aliud est, quam successio in universum[34] jus[35], quod defunctus habuerit.

63. *Idem*, lib. 17 Digestorum.

Qui sine[36] dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere.

64. *Idem*, lib. 29 Digestorum.

Ea quæ raro[37] accidunt, non[38] temere [in] agendis negotiis computantur.

65. *Idem*, lib. 54 Digestorum.

Ea est natura cavillationis[39], quam Græci σωρείτην (id est, *acervalem syllogismum*) appellant, ut ab evidenter veris per brevissimas mutationes disputatio ad ea, quæ evidenter falsa sunt, perducatur.

66. *Idem*, lib. 60 Digestorum.

Marcellus: Desinit debitor esse is, qui nanctus est exceptionem[40] justam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

67. *Idem*, lib. 87 Digestorum.

Quotiens idem sermo duas sententias exprimit: ea potissimum excipiatur, quæ[41] rei gerendæ aptior est.

68. PAULUS, libro singul. de dotis Repetitione.

In omnibus causis id observatur: ut, ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente[42] ea, beneficium quoque deficiat: ubi vero genus[43] actionis id desiderat, ibi, ad quemvis persecutio ejus devenerit, non deficiat ratio auxilii.

69. *Idem*, lib. sing. de Adsignatione libertorum.

Invito[44] beneficium non[45] datur.

70. ULPIANUS, lib. 2, de Officio proconsulis.

Nemo[46] potest gladii potestatem sibi datam, vel cujus alterius coercitionis ad alium transferre.

71. *Idem*, lib. 2, de Officio proconsulis.

Omnia, quæcunque causæ cognitionem desiderant[47], per libellum[48] expediri non possunt.

72. JAVOLENUS, lib. 3, ex Posterioribus Labeonis.

Fructus[49] rei est vel pignori dare licere

73. QUINTUS MUCIUS SCÆVOLA, libro singul. Ὀρῶν.

Quo tutela redit, eo hereditas pervenit[50], nisi cum fœminæ[51] heredes intercedunt. — § 1. Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem in suis[52] heredibus, cum moritur, habuit, habiturusve[53] esset, si vixisset. — § 2. Vi[54] factum id videtur esse, qua de re quis, cum prohibetur, fecit; clam[55], quod quisque, cum controversiam haberet, habitu-

100. L. 5, L. 8, supr. de except. — 1. N. 18, c. 8, in fin. — 2. L. 9, § 1, supr. de tributor.; L. 7, § 1; L. 18, § 1, supr. commodati; L. 38, § 1, supr. pro socio; L. 25, § 5, supr. locati; L. 1, § 21, supr. de tut. et ration.; L. 6, supr. de except. rei jud.; L. 53, supr. de oblig.; L. 54, § 3, supr. de furt.; L. 57, infr. h. t.; *vide tamen* L. 18, L. 32, L. 34, supr. de oblig. et act.; L. 2, supr. de privat. delict.; L. 1, supr. arbor. furt. cæsar.; L. 1, supr. vi bonor. rapt.; L. 130, infr. h. t. — 3. L. 38, supr. eod.; L. 7, § 1, supr. depositi; *vide tamen* L. 9, supr. de condict. furt.; L. 157, § fin. infr. h. t. — 4. L. 9, in fin. supr. de tribut. — 5. L. 29, supr. de pignorat.; L. 33, § 5, supr. de usurp.; L. 30, in fin. supr. de except. rei judic. — 6. L. 15, L. 31, § 1, vers. si tamen ignorans supr. depositi. — 7. L. 1, § 11, supr. de itinere actuque privat.; L. 4, § 3, supr. de precar.; *vide tamen* L. 6, in fin. supr. d. t. de precar. — 8. L. 16, supr.; L. 4, C. de contrah. empt. — 9. L. 21, supr. de usurp.; L. 20, C. de locato. — 10. *Adde* L. 5, in pr. supr. si ususfr. petat.; L. 26, supr. de servit. præd. urban. — 11. L. 27, supr. h. t. — 12. L. 42, supr. de condict. indeb.; L. 22, in pr. et § 1, supr. de pignorat.; L. 46, § 5, supr. de procur.; L. 52, in fin. supr. pro socio; L. 3, § 14, supr. de tab. exhib.; L. 1, § 2, supr. ad leg. Jul. ambit. — 13. L. 2, in fin. supr. mandati; § 6, Inst. de mandato. — 14. L. 8, supr. de dolo malo; L. 1, § 3, supr. de servo corrupt.; L. 43, § 5, supr.; L. 20, C. de furt. — 15. L. 19, L. 20, supr. pro socio. — 16. L. 3, supr. de divort. — 17. L. 24, supr. de adquir. vel amitt. poss. — 18. L. 109, infr. h. t.; L. 3, L. 4, in pr. supr. de noxalib.; L. 13, § 7; L. 33, in fin. supr. locati; L. 1, § 18; L. 3, in pr. supr. de SC. Silan. — 19. L. 49, supr. de donat. inter vir. et uxor.; L. 42, supr. de legat. 2; L. 16, § 15, supr. ad SC. Trebell.; L. 3, § 4, supr. de legat. præstand.; L. 71, supr. de verb. sign.; L. 10, in fin. supr. de inoffic. testam.; L. 122, in fin. supr. de legat. 1. — 20. L. 5, § ult. supr. quib. ex caus. in poss. — 21. L. 11, § 4, supr. de interrogat. — 22. L. 1, in fin.; L. 26, § 3, supr.; L. 9, C. de condict. indeb.; L. 7, § 2, supr. pro emptore. — 23. L. 120, infr. h. t.; L. 20, supr. de adquir. rer. domin.; *excip.* § 42, § 43, Inst. de rer. divis.; § ult. Inst. de usucap.; L. 2, C. de commun. rer. alien.; § ult. Inst. de offic. judic.; L. 46, supr. de adquir. rer. domin.; L. 22, C. de admin. tut. — 24. L. 129, infr. h. t.; L. 26, supr. de damno infect.; L. 1, § 12, supr. de aqua et aquæ pluv.; L. 3, § 7, supr. de incend.; L. 9, § 1, supr. de condict. caus. dat.; L. 51, supr. pro socio. — 25. L. 155, § ult.; L. 168, L. 192, § 1, infr. h. t.; L. 10, § 1, supr. de reb. dub.; L. 32, supr. de pœn. — 26. L. 26, supr. de pecul.; L. 51, in fin. supr. de re jud.; L. 3, § 15, supr. de tab. exhib.; L. 34, in pr. supr. de oblig. et act.; L. 22, § 6, in fin. supr. ratam rem haberi. — 27. L. 1, § 7, supr. de his qui effud.; L. 6, § 2, supr. rer. amot. — 28. *Limita ex* L. 57, supr. de judic.; L. 35, supr. de noxalib.; L. 3, § 11 et 12, supr. de pecul. — 29. L. 156, § 2; L. 177, infr. h. t.; L. 37, supr. de adquir. vel omitt. hered.; L. ult. supr. si famil. furtum fecisse; *vide tamen* L. 3, supr. de serv. export.; L. 12, L. 13, supr. soluto matrim.; L. 30, in pr. C. de inoffic. testam.; L. un. C. de privil. dot.; L. 1, in fin.; L. 7, circa fin.; L. ult. in fin. C. de revoc. donat. — 30. L. 1, § 5, supr. de exercitor.; L. 6, § 2; L. 18, supr. mandati; L. 2, in fin. C. de adquir. et retin. poss. — 31. L. 16, § 1, supr. de pignorib.; L. 12, in fin. infr. de solution. — 32. *Vide tamen* L. 6, § 6, § 9 et 10, supr. de negot. — 33. L. 24, supr. de verb. sign. — 34. L. 37, supr. de adquir. vel omitt. hered.; L. 128, § 1, infr. h. t. — 35. L. 50, in pr. supr. de hered. petit. — 36. L. 21, L. 24, in pr. supr. de usur. — 37. L. 4, L. 5, L. 6, supr. de legib.; L. 3, in fin. supr. si pars hered.; N. 94, c. 2. — 38. *Vide tamen* L. 12, C. de legit. hered.; § 22, Inst. de rer. divis. — 39. L. 177, supr. de verb. sign. — 40. L. 112, infr. h. t.; L. 7, § 8, vers. ego moveor, supr. de dolo malo. — 41. L. 80, supr. de verb. oblig.; L. 15, § 4, supr. locati; L. 6, supr. de præscr. verb.; L. 4, supr. de usur. — 42. L. 196, infr. h. t.; L. 13, supr. solut. matrim.; L. 7, supr. de except.; L. 28, in fin. supr. de legat. 2; L. 1, § 1, supr. de jure immunit. — 43. L. 6, supr. de in integr. restit.; L. 18, in fin. supr. de minor.; L. 13, in pr. supr. de dolo. — 44. L. 156, § fin. infr. h. t.; L. 19, § 2, supr. de donat.; L. 41, supr. de minor. — 45. *Immo vide* L. 32, supr. de adquir. rer. domin.; § 3, Inst. per quas person. cuique. — 46. L. 6, in pr. supr. de offic. procons.; L. 1, in pr. et § 1, supr. de offic. ejus cui mandat. jurisd.; L. 3, supr. de jurisdict. — 47. L. 2, § 1, supr. de offic. ejus cui mand. jurisd.; L. 5, § 9, supr. de reb. eor. qui sub tut.; L. 3, § 8, supr. de bon. poss. — 48. L. 105, infr. h. t.; L. 9, § 1, supr. de offic. procons.; L. 6, C. de præd. et aliis reb. minor. — 49. L. ult. supr. de usur. — 50. L. 1, in pr. supr. de legit. tut. Inst. de legit. patron. tut. in fin.; L. 65, in fin. supr. pro socio. — 51. d. L. 1, § 1; *adde* L. ult. C. de legit. tut. — 52. L. 1, supr. de testam. tut. — 53. § pen. Inst. de tutel. — 54. L. 1, § 5, supr. quod vi aut clam. — 55. L. 3, § 7, supr. d. t.

rumve se putaret, fecit. — § 3. Quæ in testamento ita sunt scripta, ut[56] intelligi non possint: perinde sunt, ac si scripta non essent. — § 4. Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri cavere[57] potest.

74. Papinianus, lib. 1 Quæstionum.

Non debet alteri per alterum iniqua[58] conditio inferri.

75. *Idem*, lib. 3 Quæstionum.

Nemo potest[59] mutare consilium suum in alterius injuriam.

76. *Idem*, lib. 24 Quæstionum.

In totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, nonnisi vera et certa scientia perfici possunt.

77. *Idem*, lib. 28 Quæstionum.

Actus legitimi, qui recipiunt diem, vel conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio[60], hereditatis aditio[61], servi optio, datio[62] tutoris, in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adjectionem: nonnunquam tamen actus suprascripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehensa[63] vitium adferunt: nam si acceptum feratur ei, qui[64] sub conditione promisit, ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio exstiterit: quæ si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

78. *Idem*, lib. 31 Quæstionum.

Generaliter, cum de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid[65] per adversarium habere non potuerit, considerandum est.

79. *Idem*, lib. 32 Quæstionum.

Fraudis interpretatio semper[66] in jure civili non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur.

80. *Idem*, lib. 33 Quæstionum.

In toto jure generi[67] per speciem derogatur, et illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.

81. *Idem*, lib. 3 Responsorum.

Quæ dubitationis[68] tollendæ causa contractibus inseruntur, jus commune non lædunt.

82. *Idem*, lib. 9 Responsorum.

Donari[69] videtur, quod nullo jure cogente conceditur.

83. *Idem*, lib. 2 Definitionum.

Non videntur rem amittere[70], quibus propria non fuit.

84. Paulus, lib. 3 Quæstionum.

Cum amplius[71] solutum est, quam debebatur, cujus pars non invenitur, quæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione. — § 1. Is natura debet, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus.

85. *Idem*, lib. 6 Quæstionum.

In ambiguis pro dotibus[72] respondere melius est. — § 1. Non est novum, ut, quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licet[73] ille casus extiterit, a quo initium capere non potuerunt. — § 2. Quotiens æquitate desiderii naturalis ratio, aut dubitatio juris moratur, justis decretis res temperanda est.

86. *Idem*, lib. 7 Quæstionum.

Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem[74] contestati sunt, quam si non: sed plerunque melior.

87. *Idem*, lib. 13 Quæstionum.

Nemo enim in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. Denique post litem contestatam heredi[75] quoque prospiceretur, et heres tenetur ex omnibus causis[76].

88. Scævola, lib. 5 Quæstionum.

Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi[77] nulla petitio est.

89. Paulus, lib. 10 Quæstionum.

Quamdiu possit valere testamentum, tamdiu legitimus[78] non admittitur.

90. *Idem*, lib. 15 Quæstionum.

In omnibus quidem, maxime tamen in jure æquitas[79] spectanda sit.

91. *Idem*, lib. 17 Quæstionum.

Quotiens duplici jure defertur alicui successio: repudiato novo jure, quod ante defertur, supererit[80] vetus.

92. Scævola, lib. 5 Responsorum.

Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset[81]: nihil nocere, quominus et reus, et fidejussor teneatur.

93. Marcianus, lib. 1 Fideicommissorum.

Filiusfamilias neque retinere [neque recuperare], neque apisci possessionem rei peculiaris videtur[82].

94. Ulpianus, lib. 2 Fideicommissorum.

Non solent, quæ abundant[83], vitiare scripturas.

95. *Idem*, lib. 6 Fideicommissorum.

Nemo dubitat, solvendo videri eum, qui defenditur.

96. Mæcianus, lib. 12 Fideicommissorum.

In ambiguis orationibus maxime sententia spectanda [est] ejus[84], qui eas protulisset.

97. Hermogenianus, lib. 3 juris Epitomarum.

Ea sola deportationis[85] sententia aufert, quæ ad fiscum[86] perveniunt.

98. *Idem*, lib. 4 juris Epitomarum.

Quotiens[87] utriusque causa lucri ratio vertitur, is præferendus est, cujus in lucrum causa tempore præcedit[88].

99. Venuleius, lib. 12 Stipulationum.

Non potest improbus videri, qui ignorat, quantum solvere debeat.

100. Gaius, lib. 1 Regularum.

Omnia, quæ jure contrahuntur, contrario[89] jure pereunt.

101. Paulus, lib. sing. de Cognitionibus.

Ubi lex[90] duorum mensium fecit mentionem, et qui sexagesimo, et primo die venerit, audiendus est: ita enim et imperator Antoninus cum divo patre suo rescripsit.

102. Ulpianus, lib. 1, ad Edictum.

Qui vetante[91] prætore fecit, hic adversus edictum fecisse proprie dicitur. — § 1. Ejus est actionem denegare[92], qui possit et dare.

56. L. 2, supr. de his, quæ pro non script.; L. 30, supr. de testam. tut.; L. 62, § 1, supr. de hered. instit. — 57. L. 38, § 17, supr. de verb. oblig.; *vide tamen* L. 9, § 8, supr. de reb. cred.; L. 2, C. per quas person.; L. 5, § pen. supr. de constit. pecun.; L. 13, in pr. supr. de pignorat.; L. 45, in fin. supr. solut. matrim.; L. 8, C. ad exhib.; L. 3, C. de donat. quæ sub modo; § 3, Inst. de adopt. — 58. L. 27, § 4, in fin. supr. de pact.; L. 3, § 1, supr. de tributor.; L. 1, in pr. supr. si mulier. ventr. nom.; L. 5, § 5, supr. de oper. novi nunciat.; L. 2, supr. quod vi aut clam; L. 33, § 1, C. de inoffic. testam.; L. 17, C. famil. ercisc.; L. ult. C. de adquir. et retin. poss.; L. 22, C. de pœn.; L. 155, L. 198, infr. h. t. — 59. L. 27, supr. de procurat.; L. 9, supr. de servit.; L. 20, supr. de option.; L. 42, L. 55, supr. de re judic.; L. 11, C. de reb. cred.; L. 5, C. de oblig. et act.; L. 4, C. de repud. vel abstin. hered.; *vide tamen* L. 21, § fin. supr. de act. empt.; L. 8, supr. de collation. — 60. L. 4, L. 5, supr. de acceptil. — 61. L. 51, in fin. supr. de adquir. vel omitt. hered. — 62. L. 6, § 1, supr. de tutel.; *vide tamen* L. 8, § 1 et 2, supr. de testam. tut.; § 3, Inst. qui testam. tut. — 63. L. 195, infr. h. t. — 64. L. 12, supr. de acceptil. — 65. L. 20, L. 62, in fin. supr. de rei vind.; L. 23, in pr. supr. ad leg. Aquil.; L. 21, § 3, supr. de act. empt.; L. 39, § 1, supr. de legat. 1; L. 10, § 19 et 20; L. 25, § 4, supr. quæ in fraud. cred.; L. 13, supr. ratam rem haberi; L. 1, in fin. C. de petit. hered.; L. 5, C. de rei vind. — 66. *Immo vide* L. 10, § 1, supr. quæ in fraud. cred. — 67. L. 99, in fin. supr. de legat. 3; L. 1, supr. de auro; *vide tamen* L. 9, in pr. supr. de suppell. legat. — 68. L. 56, in pr. supr. mandati. — 69. L. 29, in pr. supr. de donat. — 70. *Adde* L. 208, infr. h. t.; *vide tamen* L. 33, in fin. supr. ad leg. Aquil. — 71. L. 26, § 4, supr. de condict. indeb. — 72. L. 9, § 1; L. 70, supr. de jure dot.; L. 1, supr. soluto matrim.; L. ult. C. ad SC. Vellej. — 73. L. 8, circa med. pr. supr. de his, qui sui vel alien. jur.; L. 1, § 5, vers. casum supr. de postul.; L. 18, in pr. supr. qui testam. facere; § 1, Inst. quib. non est permiss. facere testam.; L. 1, § 3, supr. de bon. poss. secund. tab.; *vide tamen* L. 16, supr. ad leg. Aquil. — 74. L. 87, L. 139, in pr.; L. 164, infr. h. t.; L. 58, supr. de oblig. et act.; L. 29, supr. de novat. — 75. d. L. 58. — 76. L. 52, supr. de rei vind. — 77. L. 40, in fin. supr. de reb. cred.; L. 127, supr. de verb. oblig.; L. 54, supr. de pact. — 78. L. 39, supr. de adquir. vel omitt. hered.; *vide tamen* L. 82, supr. de hered. instit.; L. 21, § 3, C. de testam. — 79. L. 183, infr. h. t.; L. 8, C. de judic.; L. 2, § 5, in fin. supr. de aqua et aquæ pluv.; L. 32, in fin. supr. de reb. cred.; *vide tamen* L. 12, § 1, supr. quib. et a quib. manum. — 80. L. 17, § 1, supr. de adquir. vel omitt. hered. — 81. L. 8, supr. de statu homin.; L. 2, C. de errore advoc.; L. 1, C. plus valere quod agitur; L. 7, L. 24, C. de testam. — 82. Arg. L. 4, supr. de adquir. vel amitt. poss. — 83. L. 65, in pr. supr. de verb. oblig.; L. 32, § 6, supr. de auro; L. 17, C. de testam. — 84. L. 69, § 1, supr. de legat. 3; L. 18, § 3, in fin. supr. de instruct.; L. 7, in fin. supr. de supell. legat.; L. 3, in fin. C. de liber. præter.; L. 94, supr. de verb. oblig.; L. 9, supr. de prætor. stipul.; L. ult. § 1, C. de legib. *excip.* L. 39, supr. de pact.; L. 21, L. 33, in fin. supr. de contrah. empt.; L. 38, § 18, supr. de verb. oblig. — 85. L. 8, C. de pœn.; L. 2, C. de bon. proscript. — 86. L. 1, § 1; L. 11, supr. de jure fisci. — 87. *Junge* L. 33, supr.; L. 126, in fin. infr. h. t. — 88. L. 9, § 4, supr. de Publiciana; L. 10, in fin. supr. de pecul.; L. 31, in fin. supr. de act. empt.; L. 33, in fin. supr. de legat. 1; L. 19, in pr. et fin. supr. de re judic.; L. 2, in fin. C. qui potior. in pignore. — 89. L. 35, supr.; L. 153, infr. h. t. — 90. L. 28, L. 31, § 22, supr. de ædil. edict.; L. 7, § 11, supr. de admin. et peric. tut.; L. 46, § 4, supr. de jure fisci, L. ult. C. de jure emphyt.; L. 1, circa fin. C. de natur. liber.; L. ult. C. de fideicom. libert.; L. 1, C. de tempor. et reparat. appell.; L. pen. C. de fidejuss.; L. 3, L. 6, L. ult. C. ad leg. Jul. de adult.; L. ult. C. de bon. proscript.; N. 83, in pr. § ult; N. 96, c. 1. — 91. *Adde* L. 121, infr. h. t.; L. 29, supr. de recept. qui arbitr. — 92. L. 3, L. 37, L. 100, supr. h. .

103. Paulus, lib. 1, ad Edictum.

Nemo de domo[93] sua extrahi debet[94].

104. Ulpianus, lib. 2, ad Edictum.

Si in duabus actionibus alibi summa major, alibi infamia[95] est, præponenda est causa existimationis. Ubi autem æquiparant famosa judicia, et si summam imparem habent, pro paribus accipienda sunt.

105. Paulus, lib. 1, ad Edictum.

Ubicunque causæ cognitio[96] est, ibi prætor[97] desideratur.

106. *Idem*, lib. 2, ad Edictum.

Libertas[98] inæstimabilis res est.

107. Gaius, lib. 1, ad Edictum provinciale.

Cum servo nulla actio[99] est.

108. Paulus, lib. 4, ad Edictum.

Fere in omnibus pœnalibus judiciis et ætati[100], et imprudentiæ[1] succurritur.

109. *Idem*, lib. 5, ad Edictum.

Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere[2] [non] potest.

110. *Idem*, lib. 6, ad Edictum.

In[3] eo, quod plus sit, semper inest et minus. — § 1. Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi[4] si cum satisdatione. — § 2. Pupillus pati posse non intelligitur. — § 3. Ubi verba conjuncta non sunt, sufficit[5] alterutrum esse factum. — § 4. Mulieribus[6] tunc succurrendum est, cum defendantur, non ut facilius calumnientur.

111. Gaius, lib. 2, ad Edictum provinciale.

Pupillum, qui proximus[7] pubertati sit, capacem esse et furandi et injuriæ faciendæ. — § 1. In[8] heredem non solent[9] actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio: veluti furti[10], damni[11] injuriæ, vi[12] bonorum raptorum, injuriarum[13].

112. Paulus, lib. 8, ad Edictum.

Nihil interest, ipso jure quis actionem non habeat, an per[14] exceptionem infirmetur.

113. Gaius, lib. 3, ad Edictum provinciale.

In toto et pars[15] continetur.

114. Paulus, lib. 9, ad Edictum.

In obscuris inspici solet, quod verisimilius[16] est, aut quod plerunque[17] fieri solet.

115. *Idem*, lib. 10, ad Edictum.

Si quis obligatione[18] liberatus sit, potest videri cepisse. — § 1. Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione[19] summoveri.

116. Ulpianus, lib. 11, ad Edictum.

Nihil consensui tam contrarium est, qui ac bonæ fidei judicia sustinet, quam vis, atque metus: quem comprobare, contra bonos mores est. — § 1. Non capitur[20], qui jus publicum sequitur. — § 2. Non videntur, qui errant[21], consentire.

117. Paulus, lib. 11, ad Edictum.

Prætor bonorum possessorem heredis[22] loco in omni causa habet.

118. Ulpianus, lib. 12, ad Edictum.

Qui in servitute[23] est, usucapere non potest: nam cum possideatur[24], possidere non videtur.

119. *Idem*, lib. 13, ad Edictum.

Non[25] alienat, qui duntaxat omittit possessionem.

120. Paulus, lib. 12, ad Edictum.

Nemo plus[26] commodi heredi suo relinquit, quam ipse habuit.

121. Paulus, lib. 13, ad Edictum.

Qui non facit, quod facere debet, videtur facere adversus[27] ea, quia non facit. Et qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere jussus est.

122. Gaius, lib. 5, ad Edictum provinciale.

Libertas omnibus rebus favorabilior[28] est.

123. Ulpianus, lib. 14, ad Edictum.

Nemo alieno nomine lege agere[29] potest. — § 1. Temporaria permutatio jus provinciæ non innovat.

124. Paulus, lib. 16, ad Edictum.

Ubi[30] non voce, sed præsentia opus est, mutus, si intellectum habet, potest videri respondere. Idem in surdo: hic quidem [et] respondere potest. — § 1. Furiosus absentis[31] loco est: et ita Pomponius lib. 1 Epistolarum scribit.

125. Gaius, lib. 5, ad Edictum provinciale.

Favorabiliores rei[32] potius, quam actores habentur.

126. Ulpianus, lib. 15, ad Edictum.

Nemo[33] prædo est, qui pretium numeravit. — § 1. Locupletior non est factus, qui libertum adquisierit. — § 2. Cum de lucro duorum quæratur: melior est causa possidentis[34].

127. Paulus, lib. 20, ad Edictum.

Cum prætor in heredem dat actionem, quatenus[35] ad eum pervenit: sufficit, si vel momento[36] ad eum pervenit ex dolo defuncti.

128. *Idem*, lib. 19, ad Edictum.

In pari causa possessor[37] potior haberi debet. — § 1. Hi, qui in universum jus[38] succedunt, heredis loco habentur.

129. *Idem*, lib. 21, ad Edictum.

Nihil dolo creditor facit, qui suum[39] recipit. — § 1. Cum principalis[40] causa non consistit, ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent[41].

130. Ulpianus, lib. 18, ad Edictum.

Nunquam[42] actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit[43].

131. Paulus, lib. 22, ad Edictum.

Qui dolo desierit possidere, pro possidente damnatur: quia pro[44] possessione dolus est.

132. Gaius, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Imperitia[45] culpæ adnumeratur.

93. L. 18, L. 21, supr. de in jus voc.; L. 4, § 5, supr. de damno infect. — 94. *Excip.* L. 31, C. de decur.; N. 134, C. 5. — 95. L. 7, L. 97, supr. de solution. — 96. L. 71, supr. h. t.; L. 9, § 1, supr. de offic. procons. — 97. L. 4, § 4, supr. de damno infect. — 98. L. 176, in fin. infr. h. t. § ult. Inst. quib. ex caus. manumitt. — 99. L. 6, L. 7, C. de judic. *adde* L. 22, in pr. supr. h. t. — 100. L. 5, § 2, supr. ad leg. Aquil.; L. 23, supr. de furt. L. 38, § 7, supr. ad leg. Jul. de adult.; L. 12, supr. ad leg. Corn. de sicar.; L. 6, in pr. supr. ad leg. Jul. peculat.; L. 16, § 3, in fin. supr. de pœnis; L. 1, in fin. C. de falsa monet. — 1. L. 7, § 4, supr. de jurisd.; L. 5, § 4, supr. de oblig. et act.; L. ult. supr. de extraord. cognit. — 2. L. 50, supr. h. t. — 3. L. 21, supr.; L. 113, infr. eod.; L. 27, § 5, supr. de pact.; L. 27, § 3, in fin. supr. de recept. qui arbitr.; L. 9, supr. de in lit. jur.; L. 9, § 3, supr. de hered. instit.; L. 15, in pr. supr. de legat. 1; L. 3, § 5, supr. de adim. vel transfer. legat.; L. 1, § 4, supr. de verb. oblig. — 4. L. 46, § 2, supr. de procur.; L. 21, in fin. supr. ex quib. caus. major.; L. 5, in fin. supr. quib. ex caus. in poss.; L. 10, supr. judicat. solvi; L. 166, infr. h. t. — 5. L. 10, in fin. supr. de jure dot.; L. 5, supr. de condit. instit.; L. 13, § 5, supr. de reb. dub.; L. 78, § 1, supr. de condit. et demonstr.; L. 44, § 3, supr. de oblig. et act.; L. 129, in fin. supr. de verb. oblig.; L. 13, in pr. supr. judic. solvi. — 6. L. 1, in fin. supr. de edendo; L. 2, § 3; L. 23, L. 30, supr.; L. 18, C. ad SC. Vellej.; L. 38, § 7, supr. ad leg. Jul. de adult.; L. 1, § 10, supr. ad SC. Turpill.; L. 11, L. ult. C. de jur. et facti ignor. — 7. L. 23, supr. de furt. — 8. L. 38, supr. h. t.; L. 1, supr. de privat. delict. § 1, Inst. de perpet. et tempor. act. — 9. *Limita ex* L. 164, infr. h. t.; L. 3, § 5, supr. quod quisque jur.; L. 22, supr. de SC. Silan.; L. 14, supr. de publican. — 10. d. § 1, Inst. de perpet. et tempor. act. — 11. L. 23, § 8, supr. ad leg. Aquil. — 12. L. 2, § fin. supr. vi bon. rapt. — 13. d. § 1, Inst. de perpet. et tempor. act.; L. 13, in pr. supr. de injur. — 14. L. 7, § 8, supr. de dolo malo; L. 7, § 14, in fin. supr. quib. ex caus. in poss.; L. 1, § 10, supr. ad SC. Turpill. — 15. L. 110, in pr. supr.; L. 147, infr. h. t.; L. 7, in pr. supr. de except. rei judic. — 16. L. 13, in fin. supr. qui potior in pign.; L. 13, supr. de probat.; L. 21, in fin. supr. de testib.; L. 25, supr. de condit. et demonstr.; L. 122, in fin. supr. de verb. sign. — 17. Arg. L. 64, supr. h. t. — 18. L. 2, supr. de calumn.; L. 10, in fin. supr. de condict. caus. dat.; L. 41, § 2, supr. de jure dot.; L. 3, § 10, supr. de donat. inter vir. et uxor.; L. 81, § 5, supr. de legat. 1. — 19. L. 13, supr. h. t. — 20. L. 11, § 4, supr. de minor.; L. ult. C. de in integr. restit. — 21. L. 15, supr. de jurisd.; L. 2, in pr. supr. de judic.; L. 20, supr. de aqua et aquæ pluv.; L. 57, supr. de oblig. et act.; L. 9, C. de jur. et facti ignor. — 22. L. 1, supr. de possess. hered. petit.; L. 2, supr. de bon. poss. — 23. L. 23, in pr. supr. ex quib. caus. major. — 24. L. 54, § ult. supr. de adquir. rer. domin.; L. 1, § 6, supr. de adquir. vel amitt. poss.; L. 21, supr. ad leg. Jul. de adult. — 25. L. 4, § 1, supr. de alienat. judic. mutandi caus. — 26. L. 54, L. 59, supr.; L. 160, § ult.: L. 175, § 1, infr. h. t. — 27. L. 4, supr. quæ in fraud. cred. *adde* L. 102, in pr. supr. h. t. — 28. L. 20, supr. eod.; L. 16, supr. de manumiss. testam.; L. 38, supr. de re jud. — 29. Inst. de iis, per quos agere; L. 8, in pr. supr. de inoffic. testam.: L. 5, in pr. supr. si ususfr. petatur. — 30. L. 48, supr. de oblig. et act. — 31. L. 2, § 3, supr. de jure codicill.: L. 17, § 11, in fin. supr. de injur. *immo vide* L. 2, § 1, supr. de procur. — 32. L. 38, supr. de re jud.; L. 47, supr. de oblig. et act.; L. 4, § 13, supr. de doli mali et met. except.; L. 128, in pr. infr. h. t.; L. ult. supr. de feriis; L. 6, in pr. et § 1, C. de tempor. in integr. restit.; L. 2, C. de dilat. *excip.* L. 8, in pr. supr. qui satisd. cog.; L. 66, supr. de judic.: L. 83, § 1, supr. de verb. oblig. — 33. L. 13, § 8, supr. de hered. petit. — 34. L. 33, supr.: L. 128, infr. h. t. — 35. L. 16, § fin. supr. quod met. caus. — 36. L. 17, supr. d. t. — 37. L. 126, in fin. supr. h. t.; L. 5, § 1, supr. de calumn.; L. 9, § 4, supr. de Publiciana; L. 5, in fin. supr. si ususfr. petatur; L. 8, in fin. supr.: L. 2, C. de condict. ob turp. caus.; L. 10, supr. de pignorib.; L. 36, § 3, in fin supr. de testam. milit.; L. 1, § 1, supr. uti possid. § 4, vers. commodum. Inst. de interdict. — 38. L. 62, supr.; L. 194, infr. h. t.; L. 9, § 12, supr. de hered. instit. — 39. L. 55, supr. h. t.; L. 6, § 6 et 7; L. 24, supr. quæ in fraud. cred. — 40. L. 178, infr. h. t.; L. 19, in fin. supr. de dolo malo; L. 1, L. 2, supr. de pecul. legat. § 5, Inst. de pupill. substit.; L. 26, in pr. C. de usur. — 41. *Excip.* L. 9, C. de præd. et aliis reb. minor.; L. 2, C. de luit. pign. — 42. § 1, in fin. Inst. si quadrupes pauper.; L. 60, supr. de oblig. et act.; L. un. C. quando civil. actio crimin. — 43. *Vide tamen* L. 43, supr. h. t. — 44. L. 150, infr. h. t.; L. 2, § 1, supr. si ex noxali; L. 13, § 2 et 14; L. 25, § 8 et 9, supr. de hered. petit.; L. 22, L. 27, § 3, supr. de rei vind.; L. 1, § 11; L. 5, § 2; L. 9, in pr. et § 2, supr. ad exhibend.; L. 4, supr. rer. amot.; L. 1, § 10, supr. si quis omiss. caus. testam.; L. 2, § 42, supr. ne quid in loco publ.; L. 15, § 10, supr. quod vi aut clam; L. 1, in pr. supr. de privat. delict. — 45. L. 6, § 7, supr. de offic. præsid.; L. 27, § 29, supr. ad leg. Aquil.; L. 9, § 5; L. 13, § 5, supr. locati; § 7, Inst. de leg. Aquil.